

possessionem usucapiuntur res corporales, exceptis rebus sacris &c. Digestum 1. & 2. Tit. 1. lib. 43. est Lib. 58. tit. 14. cap. 2. them. penult. Legitima interdicta competunt divini juris causa, sicut est: Ne quid in loco sacro fiat &c. Digestum 1. tit. 6. est tit. 15. lib. 58. c. 1. quod sic habet: Ait prætor: In loco sacro facere, in-ve eum immittere quid, veto. Digest. 2. tit. 8. lib. 43. est lib. 58. tit. 8. cap. 5. them. xi. quod sic habet, ut in textu scriptum est: Digest. 3. tit. 6. lib. 44. est lib. 27. cap. 9. quod dicit, quemadmodum in textu scriptum est.

Ibid. Lib. 45. tit. 1. digest. 38. Recte abs te stipulor, ut ædem sacram ædifices: & in istiusmodi re locatio valet. Digest. 83. Rem sacram stipulari non possumus, quamvis profana fieri possit &c. Dig. 91. Si res in stipulationem deducta in rebus humanis sit, sed dari non possit, quod forte sacra facta sit &c. Digest. 137. Inutiliter stipulor sub conditione, quæ a lege prohibita sit: ut dabis, si quis rem sacram vendiderit &c. *Bals. Schol.* Digest. 38. tit. 1. lib. 45. est lib. 43. tit. 1. cap. 17. them. 5. quod sic habet: Recte stipulor abs te, ut illum sistas, aut ædem sacram, vel locum religiosum ædifices. Dig. 83. tit. 1. lib. 45. est lib. 43. tit. 1. cap. 83. them. 4. neque rem sacram, neque religiosam &c. Digest. 91. est lib. 43. tit. 1. cap. 91. them. 2. quod eadem ferme comprehendit, quæ Patriarcha fufius scripsit. Digestum 137. est ejusdem 43. lib. & tit. cap. 137. them. 4. quod ait: Invalide stipulor sub conditione, quæ lege prohibita est &c.

Ibid. Lib. 47. tit. 22. dig. 2. & lib. 48. tit. 4. dig. 1. Qui cum armis locum sacrum occupant, obnoxii pœnæ sunt: movetur enim adversus ipsos Lex (*Julia*) majestatis. Lib. 50. tit. 16. dig. 17. Sacra non sunt publica. *Bals. Schol.* Dig. 2. tit. 22. lib. 47. est lib. 60. tit. 32. cap. 2. Quisquis contra legem collegium fecerit, tenetur ea pœna, qua tenentur hi, qui cum armis locum publicum vel sacrum occupant. Digest. 1. tit. 4. lib. 48. est lib. 60. tit. 36. cap. 1. Lex de insidiatoribus similis est Legis de sacrilegio &c. Digest. 17. tit. 16. lib. 50. est lib. 2. tit. 2. cap. 17. quod sic ait circa initium: Inter